

vatim obscura nocte recesserunt. Altera vero die Lonbardi, sumpto potu et cibo, asclerati et armati versus inimicos for-
 *f. 45^a. tunam *belli temptare cupientes perexerunt. Et cum appropinquarent iuxta castra inimicorum, neminem de castris exire viderunt. Ipsa castra et omnia que in ipsis erant habuerunt, et sic ingenti letitia sunt reversi ad propria.

Quando terra tremuit¹.

Viginti duo currebant et mille ducenti
 Tempore, quo quassa terraque mota fuit,
 Decembri mense, Domini quoque nativitate,
 Hora sextena cepit adesse tremor.
 Brisia tota fere iacuit sub mole ruine,
 Domus et turres, castra vulsaque iacent.
 Ergo laudetur custos, qui cuncta gubernat,
 Qui vult quos servat, protegit atque iuvat.

Istoria² Theodorici Ticinensis regis et Alboin regis³.

Cum iam a Domini incarnatione anni quinginti⁴ et septuaginta septem essent evoluti, Theodoricus Ticinensis civitatis rex, qui in Liguria eo tempore regnabat, vir nobilis et prudens, magnis ingeniis plenus, cepit calide⁵ cogitare, qualiter Alboin civitatis Verone regem et aliarum civitatum et locorum in Pannonia⁶ existentium dominatorem de Italie⁷ finibus penitus posset⁸ expelere et terram suam sub eius iugo universam ponere; qui Theodoricus exercitum magnum et infinitum virorum bellicorum quocumque modo valuit congregavit. Et dum hec in Ticinensi civitate agerentur⁹, similiter¹⁰ Alboin, non tamquam timidus et pavidus, sed tamquam vir¹¹ summe audacie¹², indefinitam multitudinem militum et peditum et
 *f. 45^b. *virorum bellicorum coadunavit. Erat quippe vir piissimus¹³, in religione¹⁴ catholicus, in pauperes piissimus, in bellicis armis potentissimus, vigiliis et orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus ad Deum profusis quam armis bellicis in-

1) Die folgenden Verse über das Erdbeben von Weihnachten 1222, welche hier so plötzlich zwischen den Fabelgeschichten erscheinen, hat Huillard - Bréholles S. VI, Waitz in dieser Zeitschrift IV, 31 f. mitgetheilt. In den Ann. Plac. p. 438 hat Codagn. noch andere Verse über dasselbe Erdbeben.

2) Dieses Kapitel hat der Autor des Liber de temporibus Reginus in das 66. Kapitel seines Werkes wörtlich aufgenommen f. 29. 30. Ich gebe seine Varianten mit E. bezeichnet an. 3) 'Alboini regis Veronensis civitatis' E. 4) 'quingenti' E. 5) 'callide' immer E. 6) 'Pannonia' immer E. 7) 'Ytalia' E (immer mit Y). 8) 'posset penitus expellere' E. 9) 'ag. civ.' E. 10) 'Alboin audiens ea que a Theodorico agenbantur (so!) similiter' E. 11) Fehlt E. 12) 'audatie' E. 13) 'et' fügt E hinzu. 14) 'regione' Hs.